





(b) 32.

45

I. N. I.
DISSERTATIO
CRITICO-PHILOLOGICA

ALTERA
DE

ELOQVENTIA
APOLLONIS
VIRI APOSTOLICI

QVAM

IN ILL. GYMNASIO SAXO-
HENNEBERGICO

PRAESIDE

LAVRENTIO Müller Meinungenfi

CR

SOLLEMNI ERVDITORVM EXAMINI SISTIT

D. IX. NOV. A. O. R. MDCCXIII.

TOBIAS Böffel

Suhlanus

SCHLEVSINGAE

LITTERIS G. W. GOEBELII, ILL. GYMN. TYPOGR.



VIRIS
ILLVSTRIBVS ATQVE EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS

DOMINO

CHRISTIANO POLY-
CARPO THOMASIO

SERENISSIMI DVCISSAXO-NVMBVRGO-
SCHLEVSINGENSIS CONSILIARIO AVLAE IVSTI-
TIAE REGIMINIS AC SYNEDRII
SPLENDIDISSIMO

ET

DOMINO

IOANNI CHRISTIA-
NO SCHMIDTIO

EIVSDEM SERENISSIMI PRINCIPIS CON-
SILIARIO AVLAE IVSTITIAE CAMERAE SENATVS-
QVE ECCLESIASTICI GRAVISSIMO

DOMINIS

AC MAECENATIBVS MEIS MAXIMIS

NEC NON

VIRIS

PRAENOBILISSIMIS AMPLISSIMIS ET CONSUL-
TISSIMIS

DOMINO

IOANNI HENRICO
KELLNERO

SERENISSIMO DVCI SAXO-NVMBVR-
GO-SCHLEVSINGENSI A CONSILII ET DIOECESIOS
SVHLANAE PRAEFECTO MERI-
TISSIMO

ET

DOMINO

IOANNI IAHNO

EIVSDEM SERENISSIMI PRINCIPIS CA-
MERAЕ CONSVLTORI VRBIS SVHLANAE PRAE-
TORI AC SYNDICO OPTIMO

DOMINIS

AC PATRONIS MEIS SINGVLARI PIETATE
COLENDIS

HANC

IUVENILEM DISSERTATIONEM

SACRAM ESSE

IVBEO

NE deteriorem in partem interpretemini audaciam meam, *VIRI MAXIMI, OPTIMI*, per pie quaeso, qui *VESTRIS* nominibus exiguam hanc dissertationem pietate ductus inscribere haud verear. Quae, si sermonis nitore atque elegantia confecta esset digna personis *VESTRIS*, omnibus certe numeris absoluta quin prodiret in publicam, dubium non foret. Quum vero eius natiua quaedam pulchritudo non sit, neque exculta sollicitiori artificio, splendoris nonnihil aliunde sumere, et praefixis *VESTRIS* nominibus exornare se, atque aduersus eos, a quibus oculis parum aequis forte adspiciatur grauius suffulcire contendit. *VOS* igitur, ut has studiorum meorum primitias, rudi adhuc *Minerua* protrusas, pro *VESTRO* non mediocri in reconditas litteras amore, placide benigneque complectamini, ac me simul, studiorum cursum, quoad eius fieri potest, sedulo prosequentem, commendatum de meliore habeatis, pietate, qua decet, rogo et obtestor. Ita me amet supremum Numen, ut ex animo opto, velitefficere, ut *VOBIS* omni tempestate bene sit, reique publicae commissa gubernacula non gerere solum, sed regere quam felicissime ac diutissime possitis.

Illustrium Vestrorum atque Amplis-
simorum Nominum

cultor obseruantissimus

Tobias Bössel



PROOEMIUM.



EN! altera nunc dissertatio de **APOLLONIS**, viri apostolici, **ELOQUENTIA** sistitur Tibi, benigne Lector. *Materiae copiam suppeditavit mihi Praeses ac Praeceptor meus, cuius ductu persequutus eam fui, et pro ingenii facultate curam adhibui omnem, ut, veritati intentus, nihil omitterem, quod dictu dignum arbitrarer. Sententiam de **EPISTOLAE AD HEBRAEOS AVCTORE** vsu tritam deserimus quidem, sed nullo novitatis studio inducti; sequimur enim magni iudicii virum **MARTINUM LUTHERUM**, quem temeritatis haudquaquam incusandum esse existimamus, quod conditorem illius epistolae Apollonem iudicavit. Si quid peccatum est, iuuenili velim aetati tribuas: quae si, quae decet, modestia admoneatur, patientem commodabit a-*
rem

A

rem

PROOEMIUM.

*rem, operamque dabit, ut ad iydium veritatis lapidem
singula emendentur. Caussam a nobis agi vides, in
qua coniecturis potissimum nitendum est, ut fallere proin
ac falli perquam facile quis possit, citra tamen culpam.
Interim consilium nobis fuit, ut nihil diceremus, quod
cum ratione pariter ac scriptura minus conspiret. Oc-
cupata adhuc est industria nostra in exponendo*

CAP. I.

DE PRINCIPIIS IUDICANDI DE APOL-
LONIS ELOQVENTIAE VI AC
DIGNITATE.

Quum vero actum iam sit in dissertationis prioris

Sect. I.


DE ELOQVENTIA ET PRINCIPIIS IN
GENERE

et

Sect. II.

DE ELOGIO APOLLONIS,
quod sacrae paginae exhibent Actuum Apostolicorum
Capite decimo octavo;

Iusto



Iusto nunc ordine sequitur

Se&. III.

de

SCHISMATE CORINTHIACO, APOLLO-
NIS ALIORVMQVE NOMINE ME-
MORABILI

§. I.



E Apollonis nostri eloquentiae praestantia
vt iudicare porro queamus, principii loco
schisma corinthiacum adduci commode
posse videtur: in quo altius planiusque ex-
ponendo nostra nunc industria se exercebit.
Ita vero Paulus in priori ad Corinthios (1)
epistola de eodem: *Declaratum est mihi, inquit, de vobis, fra-
tres, a Chloae domesticis, inter vos esse contentiones. Hoc autem
dico, vestrum alium atque alium dicere: ἐγὼ μὲν εἶμι πάυλε, ἐγὼ δὲ
ἈΠΟΛΛΩΝ, ἐγὼ δὲ κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστῷ. Ego quidem sum Pauli, ego au-
tem APOLLONIS, ego Cephae, ego Christi*

§. II. Plurimos quidem esse fateor, qui, eiusmodi factio-
nes sub ipsis illis *Pauli, Apollonis, Cephae et Christi* nomi-
bus in Corinthiorum ecclesia inualuisse negant, (2) haec A-
postolum nomina improprie adhibuisse adfirmantes, ad fi-
gni.

A 2

1.) 1. Cor. I. II. 12

2.) Adire poteris, si volupe est, *MATTHAEVVM POLVVM*, in *Syno-
psi Criticorum et Interpr. Scripturae Volum. V. ad 1. Cor. 1. p. 322.*
Edit, Francof. 1694

gnificandum, non hasce, sed similes illa in ecclesia contentiones locum habuisse, vt hic ab illo, alius ab alio doctore nomen sibi vendicauerit; quorum tamen nomina, mentes doctorum ne offenderet, exprimere Paulus noluerit, suo atque illis Cephae, Apollonis et Christi suppositis. Sed rationibus, quibus isthanc munire coniecturam nituntur, solidi vix quidquam inesse, iam dudum ab eruditissimis 3) monitum esse video; neque exputare me posse, lubens fateor, cur inter nomina ficta illud *Christi* Paulus retulerit, si eiusmodi contentiones in corinthiaco coetu reapse haud extiterint: qua enim pietate, qua modestia *Christi* nomine vtatur Apostolus, nemini, qui eius scripta diligenter voluit, obscurum esse potest. Nec intelligo, quo spectet singularis illa sollicitaque Apostoli cura, qua se et Apollonem vnus eiusdemque Domini ministros esse, idem Dei verbum atque euangelium Corinthiis annunciaffe, idemque coluisse aruum demonstrat, si euincere eo ipso nolit, peruerse admodum agere Corinthios, quod ipsum ab Apollone, socio sibi coniunctissimo, vana mentis gloria diuellant. Nec denique aduersae sententiae patronis fauere existimo Apostoli verba: 4) τὰυτὰ δὲ, ἀδελφοί, μελεγγυήματα εἰς ἑμαυτὸν καὶ ἄλλα. Siquidem in iis, quae *ἀμύτως* praecedunt, mentionem haud fecerat de dissidiis ecclesiae; sed de *ratione ministerii ecclesiastici*, atque adeo de modestia, qua esse debeant omnes ecclesiae ministri, omnia ad supremi numinis bonitatem referendo, disseruerat; id quod et in se Paulus et Apollonem transtulit, vt, suam ipsorum

3) Sunt illi HUGO GROTIUS in *Animadu. ad b. l. CAMPEGIVS VITRINGA Obseruat. Sacrar.* Tom. I. L. III. C. XXI. §. 2. p. 800. edit. Franequer, 1712

4) I. Cor. IV. 6

rum non esse praestantiorē ac caeterorum N. T. ministrorum conditionem, Corinthios edoceret. Quibus, aliisque pluribus animo minus perturbato expensis, facere non possum, quin opiner, eos, qui in ecclesia corinthiaca eminebant, gentilium philosophorum more, sub ipsis his nominibus sectas quasdam condidisse, quas sequuti fuerunt

§. III. Atque id probe inspexit doctissimus ille ac rerum antiquarum peritissimus *LIGHTFOOTVS*, §) dum ad huius schismatis originem inuestigandam, ad ecclesiae corinthiaca bipartitionem recurri posse autumat, quod ea constat iudaeis conuersis et gentilibus, vti ex illius historia in Actis Apostolicis 6) patet. Quibus adstructis, vir iste eruditus ita pergit: *GENTILITIA* forte Pauli nomen essetbat et Apollo, *IVDAICA* Cephae et Christi. Utraque iterum bipartita. Quidam de parte gentilitia *PAVLVM* aut solum, aut certe praee omnibus aliis sunt reueriti, ut patrem, Apostolorum primum, qui inter eos introduxit euangelium, utcumque plane, humili stilo, ac non secundum sapientiam ac artem humanam praedicantem: Quidam autem *APOLLONEM* ei praetulerunt, ut doctorem profundiorē, elegantiorē et magis contum

§. IV. Praeclaram hanc *LIGHTFOOTI* sententiam vterius aliquanto explicare, non abs re fore puto. Primum nempe Paulum annunciasse Corinthiis euangelium, vel ipse videtur subinnuere, dum se ipsorum parentem, 7) eo quod euangelii virtute parturiuerit illos, nuncupat: eidem vero in munere euangelii apud Corinthios obeundo successisse

A 3 vi-

§) 10. *LIGHTFOOTVS* in *Horis Hebraicis* ad 1. Cor. I, 1, 2.

6) Act. XVIII. 27. 28. XIX. 1. et 10

7) 1. Cor. IV. 15. 1. Cor. III. 10. Act. XVIII. 1

virum apostolicum *Apollonem*, Lucas in Actibus 8) auctor est. Quare femina tantum, vt opinor, christianae fidei Paulus sparfit: quae quum Corinthiorum animis feliciter fuissent iniecta, 9) Apollo sollicitus esse pro sua eloquentia coepit, vt incrementum iuaret magis confirmaretque. Quod nostri Apollonis studium, in corroborandis vltius Corinthiorum animis, voce *πορίζεν*, suum vero in fundamento fidei Christianae in iisdem collocando, per *φύτεύειν* Apostolus 10) expressit. Cuius nominationis ratio in promptu est. Nam eandem quidem veritatem vtrumq; docuisse, docendi autem rationem aliqua ex parte diuersam fuisse, dubium non est.

§. V. τὸ φύτεύειν vt omnium, quos per terrarum orbem, euangelii praedicandi causa, Christus ablegauerat, ita potissimum quoque Pauli fuit, primis scilicet christianae fidei principiis Corinthiorum animos ita imbuiere, eiusque generis fundamentum in illis collocare, vt veram solidamque de Christo 11) eiusque mortis beneficiis notitiam nanciscerentur. Fuit ea quoque causa, cur praecipue Paulum Deus eorum doctorem constitueret, quod Corinthii erant gentiles, rudes prorsum et diuinorum in Euangelii doctrina mysteriorum expertes. Tamen enim quaedam supererant gentilibus

8) Act. XIX. 1

9) Act. XIII. 27

10) 1. Cor. III. 6

11) Facit huc, quod de Ephesiis scribit Paulus in Epist. ad eodem c. II. v. 19. exstructos eos esse ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. Quo in loco, non quod ipsi extiterint, sed quod posuerint Prophetarum atque Apostolorum fundamentum, indicatur, cui primi ipsi superstructi fuerint, vt docet GOTTFRID, OLEARIUS in *Observat. Sacrar. ad Matth. Obs. LXV. §. 17, p. 601*

bus, quae pauca admodum erant, vestigia 12) de salutis nostrae auctore ac restauratore humani generis, ea vel dubia nimis erant et fabularum inuolucris obscurata: vel ita tamen ab iis excepta, ut cortici inhaerentes de nucleo ac scopo parum solliciti essent. Quum igitur ibi nil nisi tenebrae, eorumque animi diuina veritatis luce illuminandi essent; facile intelligimus, docendi ratione distincta, simplici, ac perspicua opus fuisse, quae vano atque inani oratorum cultu atque ornatu careret; missus enim erat Paulus ad profitendam doctrinam euangelii, *non in sapientia verbi, ne inanis redderetur crux Christi*; 13) neque eum Christo minus audientem dicto fuisse, vel ex ipsa Corinthiorum institutione patet, qua de se ipse adfirmat Paulus, se *lac potandum ipsis dedisse* 14) i. e. doctrinam simpliciore et religionis christianae rudimenta, quae catechumenis proponi solent, eorum animis in seuisse, ac docendi modo facili, simpliciorumque captui et ingenio adcommo dato usum esse. Atque hoc est, quod sibi vult $\varphi\upsilon\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\upsilon\varsigma$ Pauli

§. VI. Nunc vero venio etiam ad $\tau\omicron\ \pi\omicron\tau\iota\zeta\epsilon\upsilon\varsigma$ Apollonis, quod huic iusto ordine succedit. Pauli ministerio $\epsilon\iota\zeta\alpha\ \tau\eta\varsigma\ \pi\iota\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$, 15) seu קראתמוכה Corinthiorum animis inserta postulauit, ut absente Paulo roraretur ab aliis atque irrigaretur, i. e. argumen-

12) Conferri hanc in rem possunt disputata a *PRAESIDE* meo in dissertatione, quam *de Gentile veritatis teste* Lipsiae 1710. habuit, sub praesidio *M. IO. ENGLERTI*, diuini nunc verbi apud Suifurtenfes ministri dexterrimi, viri eruditissimi,

13) 1. Cor. I, 17

14) 1. Cor. III, 1, 2

15) Confer. *HENR. HAMMONDVS* in *Adnotat. ad Nou. Test. P. II. p. 113.* f. edit. Francos. 1714

tis, demonstrationibus, suasionibus ac cohortationibus, porro confirmaretur. Id quod Apollo, vti nos edocent Acta Apostolica 16) et epistola ad Corinthios 17) cura omni ac studio praestitit. Epheso enim Corinthum 18) appulit, vt ecclesiae, Pauli ministerio fundatae, membra in euangelii veritate agnita et per fidem iam recepta, vberius communiret

§. VII. Sane quum *ἰσθὺς διακαταλέγχετο*, acriter disputando et *ornate* orando conuinceret iudaeos, demonstrans ex scriptura, Iesum esse Christum, non adeo vr̄sisse primas euangelicae religionis veritates, sed eas potius ex prophetarum oraculis, antiqui foederis typis et figuris, omniumque verbi diuini partium concentu, illuminasse, exposuisse et confirmasse videtur

§. IIX. Neque a vero, nisi me omnia fallunt, abesse videtur *VITRINGA*, 19) quando coniciit, Apollonem vix vsum fuisse

16) Act. XIII. 27

17) 1. Cor. III. 5

18) Notatu perquam dignum est additamentum, quod Act. XIII 27. habet vetustissimus *BEZAE* codex, qui *Cantabrigiae* hodie seruetur, atque inde *Catabrigiensis* adpellari solet. Adscribam illud, quoniam in nullo alio graeco codice extat: nempe, *ἐν δὲ τῇ ἐφέσῳ ἐπιδημήσαντες τινες Κορίνθιοι καὶ ἰκέναντες αὐτῷ, παρέκαλουν διαλεθεῖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν πατρίδα αὐτῶν. Συγκατανεύσαντο δὲ αὐτῷ, οἱ ἐφέσιοι ἐγραψάν ταῖς ἐν Κορίνθῳ, ὅπως ἀποδέξονταί τὸν ἀνδρα εἰς ἐπιδημίαν εἰς τὴν Ἀχαιοῦν πολὺ συνεβόλητο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Εὐτόμως γὰρ etc.* Erant autem Epheso aduenae quidam Corinthiis, qui, quum illum audiissent, precati sunt eum, vt secum transiret in ipsorum patriam. Annuente autem ipso, Ephesi Corinthiis scripserunt, vt hominem exciperent, qui quum in Achaiam venisset, multum consilii Ephesius, Magna enim contentione etc

19) *CAMPEG. VITRINGA* l. c. p. 806

se modo instituendi simplici, qualis ille Pauli erat, sed oratorio potius dialecticoué : aliis quoque ex disciplinis secundum leges apte ornateque dicendi ea ad veritatis euangelicæ demonstrationem aduocasse, quæ non tantum simplicis atque inculti ingenii hominibus, sed philosophis quoque, caeterisque humane sapientiæ artificibus veritates illas persuadere possent

§. IX. Sane eximia ea Apollonis dicendi prædicandique peritia iis, qui Corinthi philosophiæ atque oratoriæ operam dedere, præ Paulinæ orationis simplicitate adrisisse videtur. Nam de philosophis notatu perdignum esse censeo, eos ad σοφίαν τῶ λόγῳ opera, cura, diligentia, cogitatione denique omni mirum in modum contendisse, eamque semper ostentasse, vti hoc vlcus Apostolus vehementer in sua ad eodem epistola tangit. Nam de Paulo ita quum iudicarent philosophiæ dediti, ac si epistolæ illius *graves quidem essent, præsentia vero corporis infirma, sermoque nihili*: 20) regerit eos ἀνθρώπων σοφίας λόγῳ spirare, se vero σοφίαν λαλεῖν ἐν τοῖς ταπεινοῖς. Quæ σοφία λόγῳ, quam taxat Paulus, satis innuit, Philosophos istos, ecclesiæ sacris addictos, pertinuisse ad dialecticorum sectam, qui *verborum præcipue ac rationum acumine se exercabant*. 22) Qua dialecticorum secta prolixius iam supra 22) de-

20) 2. Cor. X. 10

21) Vid. Dissertat. de Stilo Idiotico scriptoribus N. T. ac præcipue Paulo a Criticis adscripto, Cap. II. sect. 1. §. 12. p. 25. quæ habita nuper est sub PRAESIDE meo a Carolo Salom. Zimpert

22) Conferatur dissert. Prima de Eloquencia Apollonis Viri Apostolici C. I. Sect. II. p. 11. seq. quam habuit Albr. Christ. Roubini sub eodem præsidio

delineata, et cum Arabum מרכריי comparata, non est, cur depingendae isti iam inhaereamus. De oratoribus vero 23) dubium non est, quin dialecticorum τὴν λόγον σοφίαν ad usum conuerterint suum, blandoque magis, atque ornatiore dicendi genere vsi fuerint. Ita enim *corinthia verba* pro exquisitis, et perquam elaboratis, atque ad ostentationem nitidis, vel etiam pro delicato ac molli dicendi genere poni, ab eruditis 24) dudum animaduersum esse video

§. X. Hi igitur et oratores et philosophi adfectibus abrepti eo processerant, vt sprete Paulinae orationis simplicitate, Graecorum more, sectam constituerent, quam Apollonis nomine insigniuerunt. Et, vt supra monui, coniectura facile adsequi vnusquisque potest, ea potissimum de caussa factum esse, quod eminentiorem Apollo magisque politam dicendi differendique rationem in exponendis rebus diuinis adhibuerat. A quibus si discesfisse dixeris simpliciores, simplicique Pauli instituendi modo delectatos esse, illique nomen sectae imposuisse suae, scripturae ductu non, vt opinor, erraueris.

§. XI. His vero adstruetis, impedimento nihil esse video, quo minus exinde colligam, *singulari* prorsus ac *pereximia A-*
POL-

23) De eo inter alia sollicita est Oratoria, vt Dialectices operas rationes sermonis lepore ac festiuitate ornet, et cum suauitate proponat. Id quod etiam caussae fuit, cur pater eloquentiae Cicero tam assiduam operam dederit Diodoro, philosopho Stoico, Dialecticam praecipue profitemti, vt obseruat 10. MATTH, GESNERVS in vita Ciceronis *Chrestomathiae suae Ciceronianae* praefixa §. 10

24) Vid. VINCTILIANVS L. VIII. c. 3. HADRIANS IVNIVS in adagijs p. 232. quae adagiorum collectioni inserta sunt Francof. 1670

POLLONEM claruisse *eloquentia*. Vix enim credideris, philosophos aequae ac oratores sectae, quam sequuti sunt, eius nomen imposuisse, nisi in eloquentiae studio permultus fuerit; siquidem eorum semper mos fuit, ut ab iis auctoribus nomina traxerint sua, qui maxime excelluerunt et diuini quiddam ostentarunt

§. XII. Attamen dum ex supra memoratis Apollonis praecipuam ingenii linguaeque facultatem colligo, caue in eam incidas opinionem, ac si Apollonem inter et Paulum animorum quandam contentionem et sententiarum diuortium fuisse arbitrer, ita ut ipsum Paulum contemptui habuerit Apollo, omnique consilio sectae, a Pauli doctrina diuersae, auctor extiterit. Absit! Etenim vel ex prioriad Corinthios epistola 25) fati patere reor, schisma illud utroque inuicto in Corinthiis ortum esse, illosque inuidiae ac dissensionum causas procul habuisse

§. XIII. Interim certum ut ut sit, haec haec hactenus disputata oppido nos docere, Apollonis eloquentiae vim vulgarem haud fuisse; inficias tamen ire haud possum, nos maiori omnino fiducia de Apollonis eloquentiae natura ac indole differere posse, si eius aliquod scriptum extaret. Quapropter nostrum erit, inquirere, num scripserit Apollo nonnihil, idque an ad manus peruenerit nostras.

B 2

Sectio

25) 1. Cor. IV. 1. coll. 1. Cor. III, 5, 6, 8

SECTIO IV.

de

APOLLONIS SCRIPTIS.

§. I.

EXtra sacrum scripturae codicem nullum vspiam vestigium apparuit, quod, memoriae aliquid Apollonem reliquisset, indicaret, diligenter ut vt euoluerimus rei tam sacrae, quam litterariae monumenta. Nihil nisi altum vbi que silentium reperire licuit. Restat igitur inuestigemus, vtrum sacrae Noui Foederis pandectae contineant scriptum, quod Apolloni nostro commode tribui, eiusque nomen tueri possit.

§. II. Quum vero de historiae euangelicae conditoribus satis constet, omnesque in N. T. contentae epistolae suorum auctorum nomina in fronte gerant, nec de iis vllus adhuc dubitet; sola ad Hebraeos epistola, certi auctoris nomine haud signata, reliqua est, quae conditorem Apolloni nostro similem requirere videtur.

§. III. Dum autem de vero epistolae huius auctore solliciti sumus, sub initium statim monendus est lector, ne perperam inde colligat, diuinam scripti illius auctoritatem in discrimen a nobis vocari, vt factum quidem est a nonnullis romanae ecclesiae doctoribus¹⁾ post *CAIVM* siue *GAIVM*, eccle-

¹⁾ adscribam *PHILASTRII BRIXIENSIS* in *Catal. Haeres. cap. XLI.* ea de re verba: *Et quia addiderunt in ea quaedam non bene sentientes, inde non legitur in ecclesia, et si legitur a quibusdam, non tamen in ecclesia legitur populo, nisi tredecim epistolae ipsius, (Pauli) et ad Hebraeos interdum. Et in ea, quia rhetorice scripsit sermone plausible, inde non putant esse eiusdem*

ecclesiae modo dictae presbyterum. Diuinam eius et infal-
libilem auctoritatem demisse veneramur, atque ad extremum
vitae halitum strenue tuemur. Abhorremus quoque a ma-
lignis Socinianorum 2) aliorumque Nouaturientium 3) su-
spicionibus, quibus onerant diuinam epistolam, eo, quod cer-
tuseiusdem auctor determinari haud possit. Parum enim
interessé nouimus, Paulus ne auctor sit, an alius: Satis ha-
bentes, ne vnicum quidem diuinitatis canonicae argumen-
tum illi deesse. Quaestio autem, quae de scriptore libri bi-
bliici instituitur, historica dumtaxat est, non autem de fide,
aut dogmatica. Vnde cum magni quoque nominis Theo-
logo CARPZOVIO 4) adserimus, id, quod *de ea probabiliter ad-
firmatur, fide saltem historica et humana suscipiendum esse*

B 3

§. IV.

*Apostoli. Et quia et factum dicit Christum in ea, inde non legitur.
De poenitentia autem propter Nouatianos aequae Sc. Quibus tamen
dubiis ipse PHILASTRIVS satisfacere contendit, operamque
dat, vt epistolae auctoritatem tueatur. conf. JACOBI CAPPEL-
LI Obseruat. in Nou. Testam. p. 105, seqq. Edit Amstelod. 1657.
PHILIPPI JAC. HARTMANNI Origines Societat. Christianae Cap.
XII. p. 315. not. 49*

2) Vid. THOM. ITTIGIVS in *Histor. Eccles. Saec. I. c. III. Sect. IV. S.*
8. p. 139.

3) Pertinet huc larvatus ille FRANCISCVS DE CORDVA, cuius
conatibus peruersissimis opposuit se celeberrimus Casimiria-
ni Director GODOFR. LVDOVICI in *Theologico Nouae Noni Au-
thoris Franc. de Cordua Anthropologiae et Daemonologiae Examine, pu-
blicato Coburg. 1717.*

4) Est is IO. GOTTL. CARPZOVIVS, qui strictim quidem, sed
solide tamen persequitur quaestionem istam, in *Introductione ad
Libros Historicos Bibliorum Vet. Testam. Cap. LX. p. 154. confer. HUGO
GROTIVS de Veritate Religion. Christianae Lib. III. §. 4. p. 148. seqq.
Edit. Amstel, 1709.*

§. IV. Noui equidem, quam plurimos ex antiquis aequae ac recentioribus esse, qui Paulo eam ut attribuant, omnem lapidem mouent, uti ex eruditissima *SPANHEMII* 5) dissertatione de epistolae ad Hebraeos auctore vel maxime videre est, in qua singulorum fere singulas sententias non colligit tantum, et sub examen reuocat, sed et ipse, qua potest cura studioque, in id incumbit, ut Paulum illius auctorem esse euincat, veterumque testimonii confirmet. In argumentis vero innumeris, quae aequae, immo fortius pro Apollone militant, ac pro Paulo, palmarium, 6) ni fallor, esse videtur, quod perunt ex posterioris Petri epistolae capite tertio et quidem commate decimo quinto, sequentibus; quo corruente, vix solidi quidquam caeteris inesse crediderim. Sunt vero Petri verba: καὶ τὴν τῆς κυρίας ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθαι. καθώς καὶ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς παῦλος κατὰ τὴν αὐτῶν δοθεῖσαν σοφίαν

- 5) Cui defunt pretiosissima *FRIDERICI SPANHEMII* Opera, quibus inserta est elegantissima illa Dissertatio, consulere inueniri poterit *IO. GEORG PRITIVM* in *Introduct. in Lectiōnem Noui Testamenti C. IV. p. 23. seqq.* ubi summam exhibentur potiora Spanhemii argumenta. Adiungi possunt *CHRISTOPH. ZELLERVS* in *Historia scripturae sacrae Lib. II. sect. II. Cap. 2. §. 24. p. 190.* *IO. LEVSDENIVS* in *Philogo Hebraeo-Graeco Diss. XXIII. et XXIV. p. 188. seqq.* *ABRAHAM CALOVIUS* in *Biblis illustratis Tom. II. N. T. p. 1095. seqq.* *IO. HENRICVS HEIDEGGERVS* in *Enchiridio Biblico Lib. III. C. XXI. p. 601. seqq.* *HERMANNVS WITSIVS* in *Meletemat. Leidenibus p. 199. seqq.* Edit. Lugd. Batav. *HENRICVS HAMMONDVVS* in *Adnotat. ad. N. T. Part. II. p. 435.*
- 6) Satis fuse deducit argumentum istud post *VVITSIVM* eruditissimus Anglus *IOH. MILLIUS* in praestantissimo *Prolegomenorum Opere, Variantibus Noui Foederis Lectiōibus praemisso §. 86. §qq. p. 10.* Edit. Amstelae. 1710

αν ἔγραψεν ὑμῖν, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τῶ-
των, ἐν οἷς ἐστὶ δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀσέβητοι σκεθλεύουσιν, ὡς καὶ
τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπόλειαν. Quae ita vertit
CASTELLIO: Et Domini nostri lenitudinem pro salute ducite,
quemadmodum noster carissimus frater Paulus, pro ea, qua dona-
tus est, sapientia vobis scripsit, ut in omnibus epistolis, de hisce rebus
in eis loquens: in quibus insunt obscura quaedam, quae indocti in-
firmique, ut et caetera scripta, in suam perniciem detorquent.

§. V. Quibus ex verbis diuini Petri diuersa eliciunt argu-
menta, eaque tanti faciunt, vt sole meridiano clarius se e-
uincere putent, neminem alium, quam diuum Paulum episto-
lae saepius iteratae auctorem esse. Sed quum in prae-
senti, vt transcribam omnia, neclubeat, nec opus sit, prae-
cipuum dumtaxat proferam, et doctissimorum virorum pa-
ce, qua decet modestia, non nihil expendam. Totius reicar-
do versari videtur in eo, quod suppeditant Petri verba:
καθὼς καὶ παῦλ^{ος} ἔγραψεν ὑμῖν, *quemadmodum Paulus scripsit vo-*
bis. Ex quibus conflare volunt et confici id, quod Petrus
heic loquatur δευτικῶς et cum emphasi, nempe scripsisse Pau-
lum Hebraeis, ad quos Petrus ibi scribat, et quidem certa ali-
qua epistola, quam ab aliis distinguat his verbis: ὡς καὶ ἐν πά-
σαις ταῖς ἐπιστολαῖς, *ut in omnibus epistolis:* aut ergo episto-
lam illam interiisse, quod probabile non fit, aut hanc ipsam
esse, quae inscripta est **HEBRAEIS:** vim probationis con-
sistere in eo, *compellari ibi a Petro Hebraeos,* idque patere ex
II. Petr. III. 1. ταύτην ἤδη δευτέραν ὑμῖν γραφὴν ἐπιστολὴν; iisdem er-
go datam esse cum priore: ad Hebraeos autem illam scri-
ptam esse, constare ex I. Petr. I. v. 1. ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις δια-
σκορῶς πόντου, quod in Iudaeos, patriis fedibus motos et inter-
gentes victitantes, perbelle quadret: firmari quoque ex
col-

collatione tum Iac. I. 1. τοῖς ἐν διασπορᾷ; quibus addatur exegetice ταῖς δώδεκα φυλαῖς; tum Act. I. 9. vbi ex illis ipsis locis, Capadocia, Ponto, Asia etc. recensentur Iudaei conuersi, ad quos firmandos scripsisse Paulus videatur; tum denique I. Petr. I. 18. vbi redemptos illos dicat ἐν τῆς ματαίας ἀναστροφῆς πατροπαράδοτον, et I. Petr. II. 9. vbi eos vocet βασιλεῖον ἱερατευμα, ἔθ-
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

nicauerint, quippe quod ex litteris ad *Colossenses* 7) *Galatas* 8) aliisque videre est. Eccur igitur Petri verbis difficultatem intrudas, quae sane nullam prae se ferunt, dum ait: καὶ ὡς καὶ παύλῳ ἐγράψεν ἑμῖν: quum epistolae ad Galatas, Colossenses, Ephesiosque nominatim in promptu nobis sint, a Paulo ad Christianos Asiae minoris exaratae? Nec sanè ad eos, ad quos Petrus scribit, epistolam Hebraeis dicatam proprie spectare, subinnuit ipse auctor epistolae c. XIII. 23. vbi Hebraeos, ceu locum eundem incolentes, se *uisurum* 9) pollicetur, quum Petri contra ad eosdem missa sit, qui variis distictisque disiecti locis habitant

§. VII. Quando igitur Petrus auctorem epistolae ad Hebraeos Paulum, vt alii quidem coniciunt, minime facit; *deinde* nos eam quoque ob causam dubitamus, quod Pauli nomen epistolae Hebraeis inscriptae, praefixum non sit, nec solita appareat saluatio; quum tamen vtrumque omnes, quas habemus, Pauli epistolae in fronte gerant. Non equidem ignoro, regerere viros doctos, id fecisse Paulum *modestiae causa*, quod *noptus gentium, non circumcisionis* 10) seu Iudaeorum fuerit Apostolus, adeoque *περιεργαζέσθαι, aliud agere, viderinolu*erit. Sed gratis, vt opinor. Aut enim Apostolo fuit liberum, docere Iudaeos voce ac scriptis, aut minus. Si minus, Caequi-

7) Coloss. IV. 16.

8) Gal. I. 2

9) Hinc *CAMPEG. VITRINGA* in *Hypotyposi Historiae et Chronol. Sacrae* p. 231. Edit. Franequ. 1608. scripta est, *inquit, non ad omnes Hebraeos, sed certi loci, nec Hierosolymitanos, sed Graecos, siue Aethiobios, siue Alexandrinos*

10) Gal. II, 9

aequitatem violasset Paulus, si alienam in messem, scribendo ad Hebraeos, falcem immisisset. Sin liberum ei fuit, causam non video, cur nomine, omnibus suis epistolis praefixo, hanc insignire noluerit. Non enim modestiam laedit, qui nomen litteris adiungit suum, sed qui non ea, quae par est, ratione decorum seruat. Porro si Apostolus ideo ad Hebraeos epistolam anonymam dare voluit, ne *πεπιστυχιέος* videretur; melius fecisset, si a scriptioe prorsum se abstinuisset; quia non nomen, sed res ipsa et actio facit, vt *πεπιστυχιέος* quis dicatur. Illud vero, quod *gentium doctor* fuit, argumento nobis esse potest, Hebraeis peculiarem ab eo dicatam epistolam non esse, superstitibus adhuc Apostolis *circumcisionis*, vtri vocantur, qui et instituere illos, et confirmare in vera doctrina potuerunt. *Pergunt*, nomen iccirco Paulum omisisset, *ne stomachum moueret Hebraeis; imprimis, quum apud eos suspicione laborauerit, quasi legem Moysi sperneret, et defectionem* *) *ab ea suaderet.* Id quod vero vel inde probabile non fit, quod Paulus, nomen in fronte licet haud posuerit, alia tamen ratione certiores illos facere debuit, litteras a se profectas esse: Neutiquam enim adducor, vt credam, recepisse conuersos ex Hebraeis epistolam, quae vnde venerit, quemue auctorem habeat, minus illi nouerint: vt omittam, epistolam ad Iudaeos, Christianorum sacris imbutos, liberosque iam pridem a praesumptis de legali Moysi cultu opinionibus, exartam esse. Quae si omnia, qua decet, animi moderatione ex-

pen-
*) Huc quoque respicere videtur NICEPHORVS CALLISTVS, dum rationem reddit, cur nomen Paulus omiserit in epistola ad Hebraeos, in *Histor. Ecclesiast. Lib. II, Cap. 46, p. 146, f. Edit. Francof. 1588*

penderis, merito dubitabis, epistolae saepius dictae Paulum auctorem esse

§. VIII. Porro epistolae ad Hebraeos stylum ¹¹⁾ a Paulina oratione non parum discrepare, neminem, qui eam leuiter modo attigit, negaturum spero. In illa enim longe diuersam a Paulinarum epistolarum sermone vim dicendi ac naturam elucere animaduerto. Vtitur Paulus abrupto, grandique stilo, circumductis indulgens interpositionibus, atque

C 2

a 16.

11) De dissonantia stili epistolae ad Hebraeos cum caeteris Pauli scriptis **HIERONYMVS** in *Catalogo scriptor. Ecclesiast.* haec habet: *Epistola, quae fertur ad Hebraeos, non eius creditur, propter stili sermoneque distantiam; sed vel Barnabae, iuxta Tertullianum; vel Lucae Euangelistae, iuxta quosdam; vel Clementis Romanae postea Ecclesiae Episcopi, quem a iure sententias Pauli proprio ordinasse et ornasse sermone.* Quibus addo illa **ORIGENIS**, vtut omni ex parte se nobis haud commendent; ita enim in *Homiliis in epistol. ad Hebr.* apud **EVSEBIUM** *Histor. Ecclesiast. lib. VI. Cap. 25.* differit: *ὅτι ἐχάρησαν τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς ἐν ἔχει τὸ ἐν λόγοις ἰδιωτικῶν τῶ ἁποστόλου, ὁμολογήσαντες ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῶ λόγῳ, τῷ τῆς Φράσεως: stylum epistolae ad Hebraeos inscriptae non habere in verbis illam ruditatem Apostoli, qui se fatetur esse idiotam sermone, hoc est, eloquutione. Subiicit: ἀλλὰ ἐστὶν ἢ ἐπιστολὴ συνδύσει τῆς λέξεως ἑλληνικῶν. Πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κείνων φράσεων διαφράσις ὁμολογήσας ἂν: Sed est epistola haec verborum constructione, elegantius graece scripta; quod fatetur, quisquis de stilorum diuersitate indicare nouit.*

Ex recentioribus historiarum atque antiquitatum Professor in Academia Vitebergenfi, **FRIDERICVS TILMANNVS** in *Discursu Philologico de Historicorum Delectu* p. 28. Edit. Viteb. 1597. de epistola saepius dicta iam pridem pronunciauit, illam Paulo attribui non posse, quum stilus non conueniat. Quo inclinatur etiam **IO. CLERICVS** in *Arte Critica Part. III. sect. 2. t. 6. §. 5. p. 378.* Edit. Amstelaed. 1712

a reconditis sensibus magis laudem quaerens, quam a verborum flumine. Contra ea in epistola ad Hebraeos disertum, pronoque alueo decurrens, scribendi genus obseruamus: quod alium plane auctorem, quam Paulum prodit. Nulli quidem operae parcunt eruditi, geminum huic, et caeteris Pauli scriptis, stilum vt attribuant; qua in re operosi sunt *SPANHEMVS, VVITSIVS* atque alii, conferentes voces ac dictiones huius epistolae cum Paulinis. Sed qui cognitum habet, in quo consistat stili diuersitas, quibusue signis se illa exerat; facile fatebitur, nonnullarum vocum phrasiumque paritatem ac similitudinem nihil iuuare eos, qui Paulo epistolam ad Hebraeos adscribunt, quoniam eodem ex principio *Lucae* 12) quoque aliisque adfingitur

§. IX. Tandem epistolae modo memoratae auctor aperte aperteque profitetur, salutem a Domino praedicari coeptam, per eos, qui auditores fuerint, in se confirmatam esse; 13) quae loquendi ratio a Paulo alienissima est, vtpote qui perquam sollicitate cauet suis in scriptis, ne Apostolorum discipulus reputetur. Varie quidem ab eruditis 14) exponitur illud *ἐπισημαίνω*, quod habetur loco adducto, modo per *ἀναναίσθησις*: quae tamen parum eos iuuat, quum auctor epistolae omnino se includat; vt et in aliis sit locis, vbi *ἀναναίσθησις* esse volunt: modo ita, vt et in aliis sit locis, vbi *ἀναναίσθησις* esse volunt: immedie vocatum, in fide tamen *βεβαιωθεὶς*, confirmatum esse ab Anania. 15) Sed notes velim, heic ab Anania non confirma-

12) *Lucae* tribuit *HVGGO GROTIVS* in *Animaduers.* ad *N. T. Prolegom.* in *Epist. ad Hebr.* Cuius argumenta sistuntur in *MATTH. POLI Synopsi Criticor. Vol. V. p. 114*

13) *Hebr.* II, 3

14) vid. *IO. MILLIUS* I. c. p. 12. §. 100

15) *Act.* IX, 17. 18

maturum illum dici, sed impositis ab eo manibus impletum spiritu sancto esse. Mitto, quae adhuc proferre possem; siquidem haec, alium dubio procul epistolae huius conditorem esse ac Paulum, satis subinnuere videntur.

S. X. Nunc vero ad genuinum epistolae auctorem ut veniam, in variis variorum opinionibus praecipue mihi adridet B. *LVTHERI* 16) sententia, qui epistolae ad Hebraeos auctorem dicit esse Apollonem, virum Apostolicum, cuius elogium supra illuminatum est. *SPANHEMIVS*, *VVITSIVS*, alii, dum aliorum hac de epistola opiniones prolixè confutant, non habuisse videntur, quid solidi huic Lutheri sententiae, quam et *BEZA* 17) verisimillimam putat, si a Paulo recedendum foret, opponerent, praeter id, quod nemo veterum ei epistolam aliquam, ne dum hanc adscripserit. Sed hi si reputauerint secum, veteres illos saeculis aliquot post eam scriptam vixisse, nec ex illis ipsis, quibus oblata epistola fuit, id sciuisse, hebraice scripsam putasse, neque critices adeo peritos fuisse,

C 3

16) Vide sis viri magni *MARTINI LVTHERI* *Posill. Eccles. Ioann. Euang.* fol. m. 44. a. ubi subdubius quidem Apollonem epistolae ad Hebraeos scriptorem prodit: plurium vero annorum decursu, curatiusque re pensitata, nihil haesitans sententiam illam suam facit in *Commentar. in Genes. Cap. XLIIIX. fol. m. 643.* Quae sententia se probat etiam *LVCAE OSIANDRO* in praefat. epist. ad Hebr.

17) *THEOD. BEZAE* in *Annotat. ad N. T. Part. II. p. 386.* Edit. Geneu. 1598. verba haec sunt: Nisi fortassis APOLLOS illam scripsisse existimari possit, cuius et eruditio et eloquentia, cum maxima pietate coniuncta, tantopere commendantur *Act. XIIIX. 24. et 28.* et qui speciatim dicitur, Iudaeos coarguisse, vix alius, quam Paulus, huius epistolae scriptor esse potuit. *BEZAE* ac *LVTHERO* accedit *IO. CLERICVS* in *Histor. Eccles. saec. I, ad Ann. LXIX*

se, haec, inquam, si secum reputauerint, mirari desinent, Paulo eam adscripsisse veteres, animaduertentes, in ea nihil inesse, quod Pauli auctoritati repugnet, parum interim solliciti de veris scripti illius auctoris criteriis; quid? quod nec defunt ex veteribus, 18) iisque acrioris ingeni viris, qui eam Paulo adsignare oppido haestauerint. Sed quo demum modo sese res habeat, hominum auctoritas, ratione firmiori haud nixa, parum hac in causa valet. Nos, ut tueamur B. Lutheri sententiam, criteria 19) nonnulla ponemus

§. XI. Primum criterium inde petimus, quod Apollonis ingenium hac in epistola ad Hebraeos scripta exacte exprimitur. Dicitur a Luca *ἀντὶς λόγιος*, vir eloquens, et dicendi differen-

18) Ex historia Ecclesiastica nouimus, TERTULLIANVM hanc ad Hebr. epistolam non Paulo, sed Barnabae adscripsisse in *Libr. de Pudicitia* Cap. XX. TERTULLIANVM sequutus videtur esse CYPRIANVS, in cuius operibus epistolam hanc nuspam citatam reperiri, ipse fateatur MILLIUS l. c. p. 25. §. 216. Porro HIPPOLYTVM et IRENAEVM epistolam hanc Paulo abiudicasse, testis est STEPHANVS GOBARVS apud PHOTIVM *Cod. 232*. Nec sane quidquam ex ea IRENAEVS adducit in *Libr. adu. Haereses*, vnde diserte colligere liceat, Paulum ab eodem dictae epistolae auctorem habitum fuisse, Quae de auctore illius ORIGENI opinio infederit, ex iis, quae supra protulimus, patere reor: quo et redeunt, quae RICH. SIMON in *Historia Critica N. T.* ex ORIGENIS in *epist. ad Hebraeos* Homiliis obseruat apud IO. HENR. MAIYM in *Exam. Historiae Crit. N. T.* P. Rich. Simon. C. XVI. p. 189. Nec minus huc spectant, quae de Origene habet PETRVS DAN. HVETIVS in *Demonstrat. Evangelica Propos. I. §. XI. p. 39*. Edit. Lips. 1703

19) Lampada praetulit nobis CHRISTOPH. AVGVST. HEYMANVS in *Schediasm. de Libris Anonymis et Pseudonymis Part. I. c. III. §. 16. p. 38. 39*

dique copia praestans, qua, uti iam euctum dedimus, ita pe-
nes Corinthios eluxit, ut *σοφοὶ τοῦ λόγου* se nominarent ab eodem,
et instituta ab eius nomine secta, ab aliis discernerent. Atqui et
haec est, qua emittet epistola ad Hebraeos, ita, ut verbo-
rum flumine, perspicuitate, et praecipua quadam sermonis
elegantia ab eruditis viris passim commenderetur.

§. XII. Alterum est, quod *methodus docendique ratio huius
epistolae examissimam respondet methodo, qua usus Apollo fuit in
conuincendis confirmandisque Iudaeis.* In Actuum Apostolico-
rum libro legimus, illum cum Iudaeis, Iesum Mariae filium
promissum Messiam esse negantibus, rem habentem, *διδάσκων
γραφεῶν*, id est, e Vereris T. tabulis demonstrasse, quaecun-
que prophetae de Messiae tum persona, tum officio triplici
vaticinati fuerint, in nullum alium, quam hunc Mariae fili-
um cadere, ac proinde hunc esse promissum orbis seruator-
rem. Eodem plane modo auctor epistolae ad Hebraeos se-
gerit, quippe dictis argumentisque ex veteris instrumenti o-
raculis petitis follicite ac diligenter docet, Iesum Christum
verum esse Deum ac hominem, magnum prophetam, vni-
cumque sacerdotem ac victimam perpetuam. Accedit, quod,
Apostolicorum virorum more, non tam christianae fidei fun-
damentum iecit, quam illustravit verius. Atque hoc ipsum
est, quod sibi vult epistolae ad Hebraeos auctor, 20) *οὐκ ἀφέντες,
τὸν τῆς ἀρχῆς χριστὸν λόγον ἐπὶ τὴν τελειότητα φεραίμεθα*, vbi per
τὸν τῆς ἀρχῆς χριστὸν λόγον intelligit rudimenta christianae fidei,
quae tradi potissimum ab Apostolis solebant iis, qui Chri-
sto initiabantur: itaque ista, inquit, tyrocinia, quae supra 21)

20) Hebr. VI, 1

21) Hebr. V, 12

τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων dixerat, seponamus. Satis enim ab Apostolis de christianae fidei summa et principiis instructi erant, ad quae eos ablegat, eorumque studio proprio ac cura permittit, ne alienam in messem falcem immittere, quodque Apostolorum erat, sibi arrogare videatur: hi enim, uti supra exposuimus, *plantare*, sed vir Apostolicus *rigare*, aptioresque reddere Christo initiatos solebat, dum altiora mysteria, Veterisque Foederis oraculis et umbris Christum complectentia tradebat. Namque vox *τελειότης*, uti sequentia ibi monstrant, notat haec notitiam figuratum in V. T. latentium, oraculorum de Christi dignitate et dispensationum Dei omnium ad euangelium tendentium. En in omnia haec affatim Apolloni nostro congruunt, cui τὸ ποτίζων ab ipso Paulo bene ac adscribitur sapienter.

§. XIII. Tertium inde licet sumere criterium, quod ipsum epistolae ad Hebraeos argumentum prodit studia, in quibus Apollonem maxime exercitatus fuisse dicitur. Eiusmodi nempe elogio Apollonem Lucas ornat, quod fuerit δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς, i. e. in scriptura V. T. versatissimus, ita ut reconditos, et oraculorum, et rituum historiarumue sensus apprime calluerit, omniaque ad Christum, et Noui Foederis oeconomiam nouerit transferre. Quando igitur studium illud, Veterisque T. profunda scientia in epistolâ ad Hebraeos ita eluceat, ut vix vllum N. T. scriptum hoc in genere conferri cum eadem possit; non sine singulari veritatis specie nos inde collegisse arbitramur, nulli eam iure maiori, quam Apolloni nostro attribui posse.

§. XIV. Nec obseruatu tandem indigna videtur peculiaris illa conuenientia inter Philonis Iudaei et epistolae ad Hebraeos loquens.

loquendi genus et sententias. Cui rei quoniam peculiarem dissertationem constituit Praeses, illustraturus epistolae ad Hebraeos sermonem ex Philonis scriptis: in praesenti longius euagari haud lubet. Sed vel vnico exemplo id docuisse iuuat. Diuini iurisiurandi emphasis dum vrgetur in epistola ad Hebraeos 22) hoc modo: τῆ γὰρ ἑβραῶν ἐπαγγελία μὲν ὁ Θεός, ἐπεὶ καὶ ἕδενός εἶχε μείζονα ὁμολογεῖν καὶ ἑαυτῷ, Deus enim pollicitus Abrahae, quum non posset per quenquam maiorem iurare, iurauit per se ipsum; ἰσοδυναμούντα sunt, quibus eadem de re mentem exprimit suam Philo: 23) εἰ καὶ τῷ ὅρκῳ βεβαιώσας τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ὅρκῳ Θεοπροσέει. ὁρᾷς γὰρ, ὅτι ἢ καὶ ἐτέρευ ἑμὴν Θεός. ἔδεν γὰρ αὐτῷ κρείττον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ, ὅς ἐστι πάντων ἀριστός. - , καὶ ἐστιν ὑπαίτιον ἑαυτῷ μαρτυρεῖν τὸν Θεόν. Τὴς γὰρ ἂν ἄλλῃ γένοιτο ἰκανός αὐτῷ μαρτυρεῖσθαι: et concludit, ὁ δὲ Θεός αὐτῷ πίστις ἔστω καὶ μαρτυρία βεβαιωτάτη. Recte iure iurando confirmauit pollicita, idque tali, quale Deum decebat. Vides enim, quod Deus non per alium iurat: nihil enim illo est praestantius: sed per se ipsum, qui est omnium optimus. Non pugnat cum aequitate, quod Deus sibi ipse testis est: quis enim alius ei potest testis esse idoneus? Cacterum Deus sibi ipse fides sit testimoniumque certissimum. Numne ouum ouo similis, quam vtriusque de diuino iure iurando sententia? Profecto epistolae ad Hebraeos si auctorem statuas Apollonem, non est, cur mireris, vtriusque et dictionem et sententiam in quibusdam conuenire. In vna eademque vrbe et nati erant, et enutriti: iisdem doctrinae iudaicae principiis imbuti: nec dubium praeterea est, quin cuius sui scripta diligenter legerit, sibi que familiaria reddiderit Apollo.

§. XV. Quibus omnibus adcuratus aliquanto expensis et
 D col.

22) Hebr. VI. 13

23, PHILO Lib. II. Leg. Alleg. p. 98. f

26 PRINCIPIA IUDICANDI DE ELOQVENT. APOL.

collatis inuicem, non sine caussa existimasse videbimur, acerrimi iudicii virum *LV THERVM* dexterrime iudicasse Apollonem epistolae saepius laudatae auctorem. Reperto autem hac ratione scripto, diuino dulcique elogio praestanti, multo nunc erit facilius, vterius inquirendi in Apollonis eloquentiam. Qua de re in posterum differendi locus erit. Tantum!

Π Ε Π Ι Μ Ε Τ Ρ Α.

- I. Epistola ad Hebraeos neque hebraice scripta ab auctore est, neque in graecum sermonem vnquam ab alio translata
- II. Eruditionem profanam in Apostolis diuina illuminandi vis et inspiratio non tollit
- III. Noui Foederis Codex e profanis scriptoribus, iisque graecis potissimum, illustrari commode potest
- IV. A recepta Noui Foederis interpunctione, temere recedendum non est
- V. Variantes N. T. Lectiones integritatem illius non destrunt, sed firmant
- VI. E Patrum scriptis Noui Foederis lectionem immutare critico non licet
- VII. Patrum scripta humanae tantum auctoritatis sunt, et nisi sollicita adhibeatur cura, in grauisimos deducere solent errores
- III. Pontificiorum dogma de sacrificio incruento Missae ex Irenaei adu. Haeres. Lib. III. Cap. XXXII. sqq. stabiliri ac defendi nequit

Sehst man/ werther Freund/ nunmehr dein Gemüthe/
Und was des Schöpfers Hand in deine Brust geprägt;
Du zeigst Verstand und Fleiß in deiner Jugend-Blüthe/
Die Probe wird von dir höchst rühmlich abgelegt.
Gewiß man spühret hier den Vorrath reicher Gaben/
Den dein entflammter Geist und Jugend-Sinn besitzet.

Der

Dergleichen Söhne will der Schleussen-Vindus haben/
 Weil deren Thun dereinst dem Vaterlande nützt.
 Wohlan! GOTT wolle stets der Weißheit Wachsthum mehren/
 Und leite deinen Fuß auf einer Rosen-Bahn;
 So steigt du/ Pylades/ gewiß zu solchen Ehren/
 Als dein getreuer Freund nur immer wünschen kan.

Durch diese wenige in Ein aufgesetzte Zeilen wolte seine Schuldigkeit gegen seinen werthgeschätzten Höflich Glück; wünschend bezeugen

Carl Salomon Lempert/
 aus Ehingen in Francken.

A Teneris semper coluisti sedulus artes;
 Nascitur hinc pulchrum, *chare sodalé, opus.*
 Grator, et ex animo grator felicibus ausis,
 Et precor, vt faueat semper Apollo Tibi.

Pauis hinc prolixissimum animi adfectum integerrimo Amico suo propinat

Io. Ludouicus Schubert/ Lipsiensis.

Gratulor ergo Tibi: Numen bene coepta secundet:
 Conferat et vitae prosperrima fata, Tuisque
 Adspiret studiis, *BOESSELI*, vt pluribus arte
 Ingenioque olim possis prodesse. valeto!
 Ita scribebat ex animo

Io. Georg. Graeffius, Lipsiens.

Ma muß sich/ treuer Freund/ unausgesetzt bemühen/
 Wenn man auf Gottes Preis und wahre Ehre denckt/
 Man muß den Müßiggang mit allem Eifer schiehen/
 So wird man endlich auch mit Glück und Wohl beschenckt.
 Und dieses hast du dir gleich anfangs eingepreget/
 Da du den Schluß gefaßt/ auf den Parnas zu gehn/
 Wo man zur Wissenschaft den sichern Grund-Stein leget/
 Und wo der Ruhm und Preis gleichsam zum Kleinod stehn.
 Weil du denn diese nun bereits zur Deut empfangen/
 So gratulier ich dir Krostt meiner Lieb und Treu/
 D 2

GOTT

DEE lasse dich hinfort noch größern Ruhm erlangen/
Er siehe fernerhin mit seiner Gnade ben.

Dieses wenige füget aus freuem Gemüthe
Glückwünschend hinzu

Johann Michael Melchior.

Iuveni

DOCTRINA ET VIRTUTE ORNATISSIMO
TOBIAE BOESSELIO

S. D.

PRAESES

Simul penitus TE nosse datum mihi fuit, statim de mentis TVAE bonitate
animique dotibus, quibus praeditus a Deo es; oppido gauisus, tenerrimo
amoris adflectu prosequi TE coepi. Et quum nobis, quibus hoc in illustri Athenaeo
praeceptoribus veris, egregie TVAM in audiendis lectionibus adfuditatem, in
imbibendis bonis literis studium, in differendi dicendique exercitationibus ingenii
praestantiam, in actionibus cunctis morum probitatem vitaeque probaueris inte-
gritatem; occasionem in praesenti nactus publice in laudes excurrerem TVAS, nisi
in hoc musarum domicilio iam dudum omnibus innotuissent virtutes TVAE: viri
autem prudentiores vel ex hoc industriae TVAE foetu satis intelligere possent, de
TE quid expectandum, si in studiorum cursu eo, quo coepisti, ardore, progressus
fueris. Ita enim dissertationis causam, cuius TIBI copiam feci, pro aetate ingenti-
que viribus stilo ornasti, ut meo quidem iudicio cerulas illas Aristarchorum mi-
niatulas non adeo eximescendas TIBI ptem. De ipsa autem re, et quantum
in ea praestiterimus virique, aliorum iudicio lubentes permittimus. Certe
optimam in TE indolem, et ad studia in primis aptam inesse, satis inde pate-
re reor. Quare non possum, quin diuinam TIBI gratiam precatus adclamenem:

Τῷ Παύλῳ τε καὶ Πίνδῳ, ΒΟΕΣΣΗΛΙΕ, Μόσσαι,

Παλλάδι καὶ Χρυσῇ ἠδύτατόν τι δάσαι.

Προσκαταβάς διόνῳ σπουδῆς ἐς ἐρις ἀμιλλαν,

Δὴ τριπόθητα ἴδες ἄθλα, πέποιθε, Φέρεαι.

Ζήσῳ δ' ἐντυχέως, μᾶλλον τ' ὄρμην Θεὸς αὐτοῖ.

Καὶ μετ' Φίλοις ἔτος, ὡς περ' ἐγὼ σε Φιλῶ.

Dabam Schleusing. d. IX. Nov. clcjcCCXIX.

Emendanda. Pag. 3, lin. 10. ΑΠΟΛΑΩ. Pag. 4, lin. 7. eruditia. Pag.
23, lin. 4. emmet. Reliqua tu ipse, B. L.

✠ (0) ✠

Jē 2511

ULB Halle

002 379 813

3




TR 20

VD 7

VD 8







(6) 32.
45

I. N. I.
DISSERTATIO
CRITICO-PHILOLOGICA
ALTERA
DE
**ELOQVENTIA
APOLLONIS
VIRI APOSTOLICI**
QVAM
IN ILL. GYMNASIOSAXO-
HENNEBERGICO
PRAESIDE
LAVRENTIO Müller Meinungensi
CR
SOLLEMNI ERVDITORVM EXAMINI SISTIT
D. IX. NOV. A. O. R. MDCCXIIIX.
TOBIAS Böffel
Suhlanus

SCHLEYSINGAE
LITTERIS G. W. GOEBELII, ILL. GYMN. TYPOGR.

